... non meritis meis intra leuitarum numerum

dignatus est aggregare luminis sui graciam infundendo cerei

huius laudem implere precipiat. Per dnm nrm ihm xpm fi

lium eius qui cu eo viuit et regnat deus. Per omnia

scla seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spi

ritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Grati

as agamus dno deo nro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum. Inuisibilem deum patrem

omipotentem filiumq eius unigenitum dnm nrm ihm

xpm toto cordis ac mentis affectum et vocis ministerio

psonare. Qui pro nobis eterno patri ade debitum

[illegible] Anno 1553

BIBL. UNIV. HELS.

soluit et ueteris piaculi cautionem pio cruore detersit. Hec
sunt enim festa paschalia in quibus uerus ille agnus occiditur
eiusque sanguine postes consecrantur. Hec nox est in qua
primum patres nostros filios israel eduxisti de egypto rubrum
mare sicco vestigio transire fecisti. Hec igitur nox que peccatorum
tenebras columpne illuminatione purgauit. Hec nox est
que hodie per uniuersum mundum in christum credentes a ui
ciis seculi et caligine peccatorum segregatos reddit gratie so
ciat sanctitati. Hec nox est in qua destructis uinculis mor
tis christus ab inferis uictor ascendit. Nichil enim nobis nas
ci profuit nisi redimi profuisset. O mira circa nos